

MUSEUM GRAECO-LATINUM

ИОАНН СКОТТ ЭРИУГЕНА

ГОМИЛИЯ
НА ПРОЛОГ ЕВАНГЕЛИЯ
ОТ
ИОАННА

Вступительная статья,
перевод с латинского и примечания
В.В.Петрова

Греко-латинский кабинет®
Ю.А.Шичалина
Москва 1995



linquunt. Superuolat itaque beatus theologus Iohannes non solum quae intelligi ac dici possunt, uerum etiam in ea quae superant omnem intellectum et significationem superuehitur, extraque omnia, ineffabili mentis uolatu, in archana omnia principii exaltatur, incomprehensibilemque ipsius principii et uerbi, hoc est patris et filii, unitam superessentialitatem necnon et distinctam supersubstantialitatem pure dinoscens, euangelium suum inchoat dicens: *In principio erat uerbum.*

II. O beate Iohannes, non inmerito uocitaris Iohannes. Hebraeum nomen est Iohannes, cuius interpretatio graece ΩΙ ΕΧΑΠΙCΑΤΟ, latine uero 'cui donatum est'. Cui enim theologorum donatum est quod tibi est donatum, abdita uidelicet summi boni penetrare misteria et ea quae tibi reuelata et declarata sunt humanis mentibus ac sensibus intimare? Dic, quaeso, cui talis ac tanta donata est gratia? Fortassis quis dicet: Summo uertici apostolorum, Petro dico, qui domino interroganti quem se esse existimaret respondit: «Tu es christus, filius dei uiui». Sed non temere, ut opinor, quis dixerit plus in typo fidei et actionis quam scientiae et contemplationis Petrum talia dixisse. Quare? Ea scilicet ratione qua Petrus in forma actionis ac fidei ponitur, Iohannes autem contemplationis atque

мы для сил понимания⁷. Итак, реет блаженный богослов не только над тем, что может быть понято и высказано словом, но проникает еще и в то, что превосходит всякий смысл⁸ и значение, возвышается невыразимым полетом ума до тайн единого Начала всего; и ясно различая невыразимые соединенную пресущественность и разделенную сверхсубстанциальность⁹ Самих Начала и Слова, то есть Отца и Сына, начинает он свое Евангелие, говоря: *В начале было Слово (Ин 1,1).*

II. О, блаженный Иоанн, ты не напрасно зовешься Иоанном. Иоанн — имя еврейское; по гречески его перевод — ψ̄ ἐχαρίσματο, на латинском же — "кому даровано". Ибо кому из богословов даровано то, что тебе, а именно: проникать в недоступные тайны высшего Блага и их, что открыты и явлены тебе, доверять человеческим умам и чувствам? Скажи мне, кому даровано столько и такой милости? Возможно кто-то скажет: "Главнейшему из апостолов,"¹⁰ — я говорю о Петре, — "который Господу, вопрошавшему, за кого тот Его почитает, ответил: "Ты — Христос, Сын Бога Живого" (Мф 16,16). Не будет, полагаю я, опрометчив тот, кто скажет, что Петр ответил так более по типу веры и действия, чем знания и созерцания. Отчего? На том, разумеется, основании, что Петр представляет собой образ действия и веры, Иоанн же

15 scientiae typum imitatur. Vnus siquidem recumbebat super pectus dominicum, quod est contemplationis sacramentum; alter saepe titubabat, quasi trepidae actionis symbolum. Actio namque mandatorum diuinorum, priusquam perueniat in habitum, puras aliquando discernit species uirtutum, 284C aliquando fallitur eius iudicium, carnalium cogitationum nebulis obumbratum. Intimae uero theoriae acies, postquam semel ueritatis perspexerit uultum, nequaquam repercutitur, nunquam fallitur, nulla caligine obcaecatur in perpetuum.

III. Ambo tamen currunt ad monumentum. Monumentum christi est diuina scriptura, in qua diuinitatis et humanitatis eius misteria densitate litterae ueluti quadam muniuntur petra. Sed Iohannes praecurrit 5 citius Petro. Acutius namque atque uelocius intima diuinorum apicum penetrat secreta uirtus contemplationis penitus purificatae quam actionis adhuc purificandae. Veruntamen primo intrat Petrus in monumentum, deinde Iohannes. Ac sic ambo currunt, ambo intrans. Petrus siquidem fidei 284D est symbolum, Iohannes significat intellectum. Ac per hoc, quoniam scriptum est: «Nisi credideritis, non intelligetis», neces- 285A sario praecedit fides in monumentum sanc-

воспроизводит тип созерцания и зна- 284B ния¹¹. Ибо один возлежал у груди Господней^a, что есть таинство созерцания, а другой часто колебался, [что является] как бы символом смятенного действия¹². Ведь прежде чем действие [в осуществлении] божественных предписаний установится, суждение Петра иногда распознает четкие формы добродетели, а иногда заблуждается, омраченное туманом 284C плотских помыслов. Взор же сокровенного умозрения, после того как однажды постиг облик истины, никогда не отвергается, никогда не заблуждается, во веки не укрывается никакой мглой.

III. Оба ведь они бегут ко гробу^b 13. Гроб Христов есть божественное Писание, в котором сокровенные тайны Его божества и человечества привалены грузом буквы, словно неким камнем. Но Иоанн бежит скорее Петра. Ведь в глубочайшие тайны божественных знаков дальше и легче проникает сила полностью очищенного созерцания, а не действия, еще только требующего очищения. Однако, первым во гроб входит Петр, потом Иоанн, и как оба бегут, оба входят. Если Петр — символ веры, Иоанн 284D знаменует разум. И как написано: "если не поверите, не уразумеете"^c 14, так необходимо первой во гроб святого Писания 285A входит вера, следуя вторым, вступает

^a *Ин* 13,23 ^b *Ин* 20,1-8 ^c *Ис* 7,9

tae scripturae, deinde sequens intrat intellectus, cui per fidem praeparatur aditus.

- 15 Petrus quidem christum deum et hominem iam factum in temporibus cognoscens et dicens: «Tu es christus, filius dei uiui», altissime uolauit; sed altius ille qui eundem christum deum de deo ante omnia tempora genitum intellexit dicens: *In principio erat uerbum*. Nemo nos existimet Petro Iohannem praeferre. Quis hoc fecerit? Quisnam esset apostolorum altior illo qui est et dicitur uertex eorum? Non praefерimus Petro Iohannem, sed conferimus actioni contemplationem, purgando adhuc animo perfecte purgatum, ascendenti adhuc uirtuti ad incommutabilem habitum peruenientem iam
- 20 uirtutem. Non enim nunc consideramus
- 25 apostolicarum personarum dignitatem, sed inuestigamus pulcherrimam diuinorum misteriorum differentiam.

- Petrus itaque, hoc est actio uirtutum, dei filium mirabili et ineffabili modo carne circumscriptum per uirtutem fidei et actionis conspicatur. Iohannes uero, hoc est altissima ueritatis contemplatio, dei uerbum per se ante carnem absolutum et infinitum in principio suo, hoc est in patre suo miratur. Petrus aeterna simul ac temporalia in christo unum facta, diuina reuelatione introductus, inspicit. Iohannes sola aeterna

разум, доступ которому готовится 285A
через веру.

Итак, Петр признал Христа богом, а также человеком, что родился во времени, и говорит: "Ты — Христос, Сын Бога Живого" (Мф 16,16). Высоко воспарил. Но выше — тот, кто постиг этого Христа, как Бога, рожденного¹⁵ от Бога прежде всякого времени, и произносит: *В начале было Слово (Ин 1,1)*. Пусть никто не считает, что мы предпочитаем Иоанна Петру. Кто стал бы делать это? Кто из апостолов может быть выше того, кто есть и кого называют главою их? Мы не Иоанна предпочитаем Петру, но сравниваем созерцание с действием, дух, полностью очищенный, с духом, еще требующим очищения, добродетель, уже достигающую неизменяемого состояния, с добродетелью только восходящей к нему. Ведь теперь мы рассматриваем не достоинство личностей апостолов, но исследуем славное различие божественных тайн. 285B

Итак, Петр, то есть действие [в осуществлении] добродетели, видит силу веры и действия — Сына Божиего, удивительным и невыразимым образом очерченного плотью; Иоанн же, то есть высочайшее созерцание истины, дивится Слову Божию самому по себе, до плоти, отдельному и неограниченному¹⁶ в начале Своем, то есть в Своем Отце. Петр, ведомый божественным откровением, видит сразу вечное и временное, соделавшиеся во Христе единым, а Иоанн вво-

35 eius in notitiam fidelium animarum intro-
ducit.

IV. Spirituale igitur petasum, citiuolum,
deiuolum — Iohannem dico theologum —
omnem uisibilem et inuisibilem creaturam
superat, omnem intellectum tranat, et dei-
285C ficatus in deum intrat se deificantem. O
beate Paule, raptus es, ut tu ipse asseris,
5 in tertium caelum, in paradysum, sed non
es raptus super omne caelum et paradysum.
Iohannes omne caelum conditum omnem-
que creatum paradysum, hoc est omnem
humanam angelicamque transgreditur natu-
ram. In tercio caelo, o uas electionis et
10 magister gentium, audisti uerba quae non
licet homini loqui. Iohannes, intimae ueri-
tatis inspector, ultra omne caelum in para-
diso paradysorum, hoc est in causa omni-
um, audiuit unum uerbum per quod facta
sunt omnia; et licuit ei illud uerbum dicere
15 hominibusque praedicare quantum homini-
bus praedicari potest, ac fiducialiter cla-
mat: *In principio erat uerbum.*

V. Non ergo Iohannes erat homo, sed
plusquam homo, quando et seipsum et om-
285D nia quae sunt superauit, et ineffabili sapi-
entiae uirtute purissimoque mentis acumi-

дит в познание верных душ тодько Его 285B
вечное.

IV. Итак, духовный быстрокрылый
птах¹⁷, боговидец — я говорю об Иоанне
Богослове — поднимается выше всякой
видимой и невидимой твари, превосхо-
дит¹⁸ всякое понимание и входит, обо-
женный, в обожествляющего Бога¹⁹. О 285C
блаженный Павел, ты был восхощен, как
сам заявляешь, на третье небо^a, в рай; но
ты не был восхощен выше всякого неба и
рая. Иоанн выходит за пределы всякого
воздвигнутого неба и всякого сотворен-
ного рая, то есть за пределы любой чело-
веческой и ангельской природы²⁰. На
третьем небе, о Павел, избранный сосуд^b
и учитель языков^c, ты услышал слова,
которые человеку не дозволено переска-
зывать^d. Иоанн, созерцатель сокровенной
истины, в раю раев²¹, дальше всякого
неба, то есть в причине всего, услышал
единое Слово, через которое все начало
быть, и было ему дозволено произнести
то слово и проповедать людям, насколько
возможно людям проповедать, и уверен-
но он возглашает: *В начале было Слово.*

V. Поэтому не человек был Иоанн, но
больше, чем человек, ибо превзошел и
себя самого, и все, что есть; и вступил 285D
посредством невыразимой силы мудрости

^a 2 Кор 12,2 ^b Деян 9,15 ^c 2 Тим 1,11
^d 2 Кор 12,4

ne subuectus, in ea quae super omnia sunt,
5 secreta uidelicet unius essentiae in tribus
substantiis et trium substantiarum in una
essentia, ingressus est. Non enim aliter
potuit ascendere in deum, nisi prius fieret
deus. Vt enim radius oculorum nostrorum
species rerum sensibilibus coloresque non
10 prius potest sentire quam se solaribus ra-
diis immisceat, unumque in ipsis et cum
ipsis fiat, ita animus sanctorum puram
rerum spiritualium omnemque intellectum
superantium cognitionem non suffert acci-
286A pere, nisi prius incomprehensibilis ueritatis
participationem dignus efficiatur habere.
Sanctus itaque theologus, in deum trans-
mutatus, ueritatis particeps, deum uerbum
15 subsistere in deo principio, hoc est deum
filium in deo patre, pronuntiat: *In princi-
pio, inquit, erat uerbum.*
Intuere caelum apertum, hoc est sum-
mae ac sanctae trinitatis et unitatis reuela-
tum mundo misterium. Animaduerte ange-
20 lum diuinum super filium hominis ascen-
dentem, nobis uidelicet annuntiantem ip-
sum esse ante omnia in principio uerbum,
ac mox descendentem super eundem filium
hominis clamantemque: *Et uerbum caro
factum est.* Descendit euangelizans deum
uerbum hominem factum supernaturaliter
25 inter omnia ex uirgine; ascendit procla-
mans idem uerbum superessentialiter geni-
286B tum ex patre ante et ultra omnia.

и яснейшей остроты ума в то, что превы- 285D
ше всего — в тайны единой сущности в
трех субстанциях и тайны трех субстан-
ций в единой сущности²². Ибо мог он
взойти в Бога не прежде, чем сам стал
Богом²³. Ведь как луч наших глаз может
воспринимать формы и цвета чувстви-
тельных вещей не раньше, чем смешается с
лучами солнца и станет единым в них и с
ними²⁴, так дух святых не в силах обрес-
ти ясного разума вещей духовных и
превосходящих всякое понимание, доко-
ле не сделается достойным приобщиться 286A
невыразимой истины. Итак, святой бого-
слов, претворенный в Бога, причастный
истине, повествует, что Бог Слово пре-
бывает в Боге Начале, то есть Бог Сын в
Боге Отце. *В начале*, — говорит он, —
было Слово.

Смотри на отверстое небо^a, то есть на
явленную миру тайну высочайшей и свя-
той Троицы и Единицы! Следи, как ангел
Божий восходит к Сыну Человеческому,
нам, как видно, возвещая, что Слово са-
мо прежде всех пребывает в начале, а
потом нисходит к тому Сыну Человечес-
кому и возглашает: *И слово стало пло-
тью (Ин 1,14)* Нисходит, благовествуя
всем Бога Слово, сверхъестественно
ставшего человеком от Девы; восходит,
провозглашая то же Слово, пресущест-
венно рожденное от Отца до и прежде 286B
всего.

^a *Ин 1,51*

VI. *In principio*, inquit, *erat uerbum*. Et notandum quod in hoc loco, non temporis, sed substantiae significationem beatus euangelista insinuat per hanc uocem quae est ‘erat’. Nam et positium eius, id est ‘sum’,
 5 unde inaequaliter flectitur, duplicem continet intellectum: aliquando quidem subsistentiam cuiuscunque rei de qua praedicatur absque ullo temporali motu significat, ideoque substantium uerbum uocitatur; aliquando temporales motus secundum aliorum uerborum analogiam declarat. Tale est
 10 ergo quod ait: *In principio erat uerbum*, ac si aperte diceret: In patre subsistit filius. Quis enim sanum sapiens dixerit filium in patre temporaliter unquam substitisse? Illic enim sola cogitatur aeternitas, ubi sola
 286C intelligitur immutabilis ueritas.
 15 Et ne quis existimaret ita uerbum in principio subsistere ut nulla substantiarum differentia subintelligatur inesse, continuo subiunxit: *Et uerbum erat apud deum*, hoc est: Et filius subsistit cum patre in unitate essentiae et substantiali distinctione.
 20 Et iterum ne in quempiam talis serperet uenenosa contagio, uerbum uidelicet solummodo in patre esse et cum deo esse, non autem ipsum uerbum substantialiter et

VI. *В начале*, — говорит он, — было 286B Слово. Нужно заметить, что в этом месте блаженный евангелист посредством слова было вводит значение не времени, но субстанции. Ибо исходная форма слова — есмь, из которой оно образуется неправильно, — содержит двоякий смысл. Иногда оно означает пребывание некоей вещи, о которой идет речь, безо всякого временного развития, и по этой причине называется субстантивным глаголом, а иногда отражает временные изменения по аналогии с другими глаголами. Поэтому, когда [блаженный Иоанн] говорит: *В начале было Слово*, это значит, как если бы он прямо сказал: ”В Отце пребывает Сын”. Ибо кто, находясь в здравом уме, стал бы утверждать, что Сын когда-либо был в Отце временно? Ведь там, где понимается лишь одна неизменная истина, мыслится одна только вечность²⁵. 286C

И чтобы кто-нибудь не посчитал, что Слово в начале пребывает так, что не подразумевается никакого различия субстанций, он тотчас добавил: *И слово было у Бога (Ин 1,1)*, то есть: ”и Сын пребывает с Отцом в единстве сущности и субстанциальном различии”.

А с другой стороны, чтобы не вкралось в чью-либо душу то вредоносное заразительное [заблуждение], что Слово существует лишь в Отце и лишь совместно с Богом [Отцом], а не само Слово есть

coessentialiter patri deum subsistere, — hic namque error perfidos inuasit arrianos — protinus adiecit: *Et deus erat uerbum.*

- 25 Videns item quod non defuturi essent qui dicerent non de uno eodemque uerbo euangelistam scripsisse: *In principio erat uerbum et deus erat uerbum*, sed aliud uoluisse «uerbum in principio», aliud «deus erat uerbum», haereticam opinionem destruens, consequenter subnectit: *Hoc erat in*
30 *principio apud deum.* Ac si diceret: Hoc uerbum, quod deus est apud deum, ipsum est, et non aliud, quod erat in principio. Sed significantius ex graecorum exemplaribus potest intelligi. In eis enim ΑΥΤΟΣ scribitur, id est hic, et potest referri ad utrumque, ad uerbum uidelicet et ad deum;
35 haec quippe duo nomina, 'theos' et 'logos', deus et uerbum, apud graecos masculini generis sunt. Ac per hoc ita potest intelligi: Et deus erat uerbum, hic erat in principio apud deum, tanquam si luce clarius dixerit:
287A Hic deus uerbum apud deum ipse est de
40 quo dixi: *In principio erat uerbum.*

VII. *Omnia per ipsum facta sunt.* Per ipsum deum uerbum, uel per ipsum uerbum deum omnia facta sunt. Et quid est «omnia per ipsum facta sunt», nisi: Eo nascente ante omnia ex patre, omnia cum ipso et

Бог, который пребывает субстанциально 286C и единосущно Отцу — а такое заблуждение овладело неверными арианами — он тотчас прибавил: *И слово было Бог (Ин 1,1).*

Видя также, что не будет недостатка в тех, кто говорит, что евангелист писал не об одном и том же Слове: *В начале было Слово и Слово было Бог*, но имел в виду одно "Слово в начале" и другое "Слово было Бог"; разрушая это еретическое мнение, он, соответственно, добавляет: 286D *Оно было в начале у Бога (Ин 1,2)*, как если бы сказал: "это Слово, которое есть Бог, само есть у Бога, и ничего другого не было в начале". Однако, яснее это может быть понято из греческих списков. Ибо в них пишется αὐτός, что значит он сам²⁶ и может относиться к обоим, то есть и к Слову, и к Богу, так как эти два имени — theos и logos, Бог и Слово — у греков суть мужского рода. А значит это может пониматься так: "И Слово было Бог, Он был в начале у Бога", — как если бы яснее ясного говорил евангелист: "Он, Бог Слово, который у Бога, есть 287A Тот, о Ком я сказал: *В начале было Слово*".

VII. *Все через него начало быть (Ин 1,3).* Через Самого Бога Слово или через Само Слово Бога все произошло. И что значит "все через него начало быть", как не: "когда родился Он прежде всех от Отца, все с Ним и через Него возник-

per ipsum facta sunt? Nam ipsius ex patre
5 generatio ipsa est causarum omnium con-
ditio omniumque quae ex causis in genera
et species procedunt operatio et effectus.
Per generationem quippe dei uerbi ex deo
princípio facta sunt omnia. Audi diuinum
et ineffabile paradoxum, inreuerabile secre-
10 tum, inuisibile profundum, incomprehensi-
bile misterium. Per non factum, sed geni-
tum, omnia facta, sed non genita.

Principium ex quo omnia, pater est;
287B principium per quod omnia, filius est. Pa-
tre loquente uerbum suum, hoc est patre
gignente sapientiam suam, omnia fiunt.

15 Propheta ait: «Omnia in sapientia fecisti».
Et alibi personam patris introducens:
«Eructauit cor meum». Et quid eructauit
cor suum? Ipse exponit: «Verbum bonum
dico», uerbum bonum loquor, filium bonum
gigno. Cor patris est sua propria substan-
tia, de qua genita est filii propria substan-
tia.

20 Praecedit pater uerbum, non natura, sed
causa. Audi ipsum filium dicentem: «Pater
maior me est», substantia eius causa meae
substantiae est. Praecedit, inquam, pater
filium causaliter; praecedit filius omnia
quae per ipsum facta sunt naturaliter. Sub-

ло?” Ведь рождение Его от Отца само^{287A}
есть сотворение причин всего, а также
вершение и осуществление всего, что из
причин происходит в роды и виды²⁷. Ибо
посредством рождения Бога Слова от
Бога Начала произошло все. Так услышь
божественную и несказанную стран-
ность, неразрешимую загадку, незримую,
глубокую, непостижимую тайну: через не
сотворенного, но рожденного, — все со-
творенное, но не рожденное.

Начало, от которого — все, есть Отец;
начало, через которое — все, есть Сын.^{287B}
Когда Отец произносит свое Слово, то
есть Отец рождает свою Премудрость^a,
— возникает все. Пророк говорит: “Все
соделал Ты премудро” (Пс 103, 24), и в
другом месте, от лица Отца: “Излилось
из сердца Моего” (Пс 44,1). А что изли-
лось из его сердца? Он сам пояснил:
“слово благое, Я говорю” (Пс 44,1), про-
изношу доброе слово, рожаю доброго
Сына. Сердце Отца есть Его собственная
субстанция, из которой рождена собст-
венная субстанция Сына.

Отец предшествует Сыну не природой,
но причиной²⁸. Услышь, что говорит сам
Сын: “Отец мой более Меня (Ин 14,28),
его субстанция — причина моей субстан-
ции”. Предшествует, говорю я, Отец Сы-
ну причинно, предшествует Сын всему,
что через Него возникло, по природе.
Субстанция Сына совечна Отцу. Суб-

^a 1 Кор 1,24

stantia filii patri est coaeterna. Substantia
25 eorum quae per ipsum facta sunt inchoavit
287C in ipso esse ante tempora saecularia, non
in tempore, sed cum temporibus. Tempus
siquidem inter caetera quae facta sunt, fac-
tum est, non ante factum, non praelatum,
sed concreatum.

VIII. Et quae est consequentia uerbi
quod locutum est os altissimi? Non enim
in uanum locutus est pater, non infructuo-
se, non sine magno effectum; nam et homi-
nes inter se ipsos loquentes aliquid in auri-
bus audientium efficiunt. Tria itaque cre-
5 dere et intelligere debemus: loquentem pat-
rem, pronuntiatum uerbum, ea quae effici-
untur per uerbum. Pater loquitur, uerbum
gignitur, omnia efficiuntur. Audi propheetam:
«Quoniam ipse dixit et facta sunt»,
hoc est, uerbum suum genuit per quod fac-
ta sunt omnia.

10 Et ne forte existimares eorum quae sunt
quaedam quidem per ipsum dei uerbum
287D facta esse, quaedam uero extra ipsum aut
facta esse aut existentia per semetipsa, ita
ut non omnia quae sunt et quae non sunt
ad unum principium referantur, conclusio-
nem totius praedictae theologiae subdidit:
15 *Et sine ipso factum est nichil*, hoc est, ni-

станция того, что произошло через Сло-287B
во, начала в нем быть прежде вековых287C
времен²⁹: не во времени, но вместе со
временем. Ведь время возникло среди
прочего, что возникло³⁰; и возникло не
до него, не пред-почтено, но со-сотворе-
но.

VIII. А каковы последствия порожде-
ния слова, что произнесли уста Всевыш-
него^a? Ибо не в пустоту произнес Отец,
не бесплодно, не без великого результата.
Ведь даже люди, когда говорят между
собой, производят нечто в ушах слушате-
лей. Поэтому мы должны верить и по-
стигать, что есть три: изрекающий Отец,
произнесенное Слово и то, что посредст-
вом Слова совершается. Отец изрекает,
Слово рождается, все совершается. Вне-
мля пророку: "ибо Он сказал, — и сдела-
лось"^b, то есть породил Слово свое, по-
средством которого все произошло.

А чтобы случайно не подумал ты, что
из того, что есть, хотя нечто и возникло
по слову Божию, что-то, однако, вне287D
Его либо произошло, либо через себя са-
мое обладает существованием, так что не
все, что есть и что не есть, сводится к од-
ному началу, присовокупляет он заклю-
чение всего вышеизложенного богосло-
вия: *И без него ничто не начало быть*
(Ин 1,3). То есть ничто помимо Него не
возникло, потому что Он, [Бог Слово],

^a Ис 82,19 ^b Ис 32,9

chil extra ipsum est factum, quia ipse ambit intra se omnia, comprehendens omnia, et nichil ei coaeternum uel consubstantiale intelligitur uel coessentiale, praeter suum patrem et suum spiritum a patre per ipsum procedentem.

- 20 Et hoc facilius in graeco datur intelligi. Vbi enim latini ponunt 'sine ipso', ibi graeci ΧΩΡΙΣ ΑΥΤΟΥ, hoc est, extra ipsum. Similiter et ipse dominus suis discipulis dicit: «Extra me nichil potestis facere». Qui per uos, inquit, extra me fieri non potuistis, quid extra me facere potestis? Nam et 288A 25 ibi non ΑΝΕΥ, sed ΧΩΡΙΣ, hoc est, non 'sine', sed 'extra' graeci scribunt. Facilius autem propterea dixi quia, dum quis audit 'sine ipso', potest putare 'sine ipsius consilio uel adiutorio', ac per hoc non totum, non omnia illi distribuit; audiens uero 'extra', nichil omnino relinquit quod in ipso 30 et per ipsum factum non sit.

IX. *Quod factum est in ipso uita erat.* Postquam, remotissima omni ratione et intellectu, beatus euangelistes diuina reuelauit misteria, deum uerbum uidelicet in deo loquente, in ambobus intelligentiam sancti spiritus diuinae scripturae contemplatoribus relinquens — ut enim qui loquitur, in 5 uerbo quod loquitur, necessario spiritum 288B proflat, ita deus pater simul et semel et filium suum gignit et spiritum suum per geni-

сам охватывает и обнимает в себе все³¹; 287D и ничто не мыслится Ему совечным, консубстанциальным или единосущным, за исключением его Отца и его Духа, от Отца через Него исходящего³².

И легче это дано понять по-гречески. Так как там, где латиняне ставят "без Него", там греки — χωρίς αὐτοῦ, то есть "вне Его"³³. Сходным образом и сам Господь говорит своим ученикам: "Вне Меня не можете делать ничего" (Ин 15,5). "Как сами вы," — говорит Он, — "вне Меня не могли возникнуть, что можете делать вне Меня?" Ведь и здесь 288A греки пишут не ἀνευ, но χωρίς, то есть не "без," но "вне". А оттого легче, сказал я, понять по-гречески, что когда кто-нибудь слышит "без Него", то может подумать "без Его соучастия и поддержки", и поэтому не полностью, не все Ему воздает; слыша же "вне," совершенно ничего не оставляет, что в Нем и через Него не возникло бы.

IX. *Что начало быть в Нем была жизнь* (Ин 1,3-4). После того как блаженный евангелист открыл божественные тайны, недоступные никакому рассудку и уму, то есть Бога Слово в Боге глаголющем, оставляя созерцателям постигать в Них обоих Святого Духа божественного Писания (ведь так, как говорящий, в слово, которое говорит, необходимо привносит дыхание, так Бог Отец одно- 288B временно и разом и Сына своего рождает, и Дух свой через рожденного Сына

tum filium producit —; et postquam per
deum filium omnia facta esse et nichil ex-
10 tra ipsum subsistere astruxit, ueluti ab al-
tero primordio suae theologiae seriem di-
rexerit dicens: *Quod factum est in ipso uita
erat.* Praedixit enim: *Omnia per ipsum fac-
ta sunt;* ac ueluti a quopiam interrogatus
de his quae per deum uerbum facta sunt,
quomodo et quid in ipso erant quae per ip-
15 sum facta sunt, respondit et ait: *Quod fac-
tum est in ipso uita erat.*

Quae sententia dupliciter pronuntiatur.
Potest enim subdistingui: *Quod factum est,*
ac deinde subiungi: *in ipso uita erat.* Potest
etiam sic: *Quod factum est in ipso,* ac dein-
de subinferri: *uita erat.* Ac per hoc in dua-
bus pronuntiationibus duos speculamur in-
20 tellectus. Non enim eadem theoria est quae
288C dicit: *Quod factum est locis temporibusque
discretum, generibus, formis numerisque
distinctum, sensibilibus intelligibilibusque
substantiis seu compactum seu segregatum,
hoc totum in ipso uita erat; et ea quae de-
25 clarat: Quod factum est in ipso, non aliud
erat nisi uita; ut sit sensus: Omnia quae
per ipsum facta sunt, in ipso uita sunt et
unum sunt. Erant enim, hoc est subsistunt,
in ipso causaliter, priusquam sint in se-
metipsis effectiue. Aliter enim sub ipso
30 ipso sunt ea quae ipse est.*

производит), и после того как он приба- 288B
вил, что через Бога Сына все произошло,
и нет ничего, что пребывает вне Его, то
словно от другого основания протянул он
цепь [выкладок] своего богословия, про-
изнеся: *Что начало быть в Нем была
жизнь.* Ведь ранее он сказал: *все через
Него начало быть,* и словно спрошенный
кем-нибудь о том, что возникло через
Бога Слово, каким образом и что имен-
но было в Нем, происшедшее через Него,
он ответил и говорит: *Что начало быть в
Нем была жизнь.*

Это положение читается двояко. Ведь
можно отделить *что начало быть,* и
затем добавлять *в Нем была жизнь,* а
можно так: *что начало быть в Нем,* а
затем прибавить *была жизнь.* И поэтому
в двух чтениях мы усматриваем два
смысла. Ведь не совпадают учение, ко-
торое говорит: "то, что возникло, разде- 288C
лено по месту и времени, распределено
по родам, видам и числам, заключено
или разделено в чувственных и умопо-
стигаемых субстанциях, это все в Нем
была жизнь", и учение которое объявляет:
"то, что возникло в Нем, было ничем
иным как жизнью", как если бы смысл
был таков: все, что через Него произош-
ло, в Нем есть жизнь и едино. Ведь оно
было (то есть пребывает) в Нем причин-
но, прежде чем совершиться в самом се-
бе. Ибо одним образом суть подле Бога
Слова те, что через Него произошли, и
другим в Нем суть те, что есть Он сам.

X. Omnia itaque quae per uerbum facta sunt, in ipso uiuunt incommutabiliter et uita sunt; in quo neque fuerunt omnia temporalibus interuallis seu localibus nec futura sunt, sed solummodo super omnia tempora et loca in ipso unum sunt et uniuersaliter subsistunt uisibilia, inuisibilia, corporalia, incorporalia, rationabilia, irrationabilia et, simpliciter, caelum et terra, abyssus et quaecumque in eis sunt, in ipso uiuunt et uita sunt, et aeternaliter subsistunt. Et quae nobis omni motu uitali carere uidentur, in uerbo uiuunt. Sed si quaeris quomodo vel qua ratione omnia quae per uerbum facta sunt in ipso uitaliter et uniformiter et causaliter subsistunt, accipe paradigmata ex creaturarum natura, disce factorem ex his quae in ipso et per ipsum facta sunt: «Inuisibilia enim eius, ut ait apostolus, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur».

Conspicere quomodo omnium rerum, quas mundi huius sensibilis globositas in isto sole, qui maximum mundi luminare uocitatur, subsistunt. Inde namque formae omnium corporum procedunt, inde distantium colorum pulchritudo et caetera quae de sensibili natura praedicari possunt. Considera multiplicem et infinitam seminarum uirtutem, quomodo numerositas herbarum, fructicum, animalium in singulis seminibus simul continetur, quomodo ex eis surgit formarum pulchra et innumera-

X. Все, таким образом, что произошло через Слово, в Нем неизменно живо и есть жизнь. И не было в Нем ни для чего различий ни по времени, ни по месту, и не будет; а только превыше всякого времени и места в Нем едино и целокупно пребывает видимое, невидимое, телесное, бестелесное, разумное и не разумное; и просто небо, земля, бездна и все, что на них есть³⁴; в Нем живо, суть жизнь и вечно пребывает. И те, что кажутся нам лишенными всякого жизненного движения, живы в Слове. Но если ты вознамерись узнать, как и каким образом все что произошло посредством Слова, пребывает в Нем жизненно, единообразно и причинно, внемли примерам тварной природы и узнай Создателя через то, что в Нем и посредством Него возникло "Ибо невидимое Его", — как говорит апостол, — "является взору, когда постигнуто через тварное" (*Рим 1,20*).

Воззри, каким образом причины всего, что объемлет шарообразность этого чувственного мира, пребывают разом и сообщая в этом солнце³⁵, что зовется величайшим светильником мира. Ибо от него исходят формы всех тел, от него — красота разнящихся цветов и прочее, что можно назвать в чувственной природе. Рассмотря многообразную и беспредельную силу семян: каким образом каждое множество трав, плодов, живых существ разом заключено в единичных семенах³⁶, каким образом из них прорастает пре-

25 bilis multiplicitas. Intuere interioribus oculis quomodo multiplices regulae in arte artificis unum sunt, et in animo disponentis eas uiuunt, quomodo infinitus linearum numerus in uno puncto unum subsistit, et huiusmodi naturalia perspice exempla. Ex quibus, ueluti phisicae theoriae pennis ultra omnia subuectus, diuina gratia adiutus, 30 289B illuminatus, poteris archana uerbi mentis acie inspicere et, quantum datur humanis argumentationibus deum suum quaerentibus, uidere quomodo omnia quae per uerbum facta sunt, in ipso uiuunt et uita sunt: 35 «In ipso enim», ut os loquitur diuinum, «uiuimus et mouemur et sumus». Et ut ait magnus Dionisius ariopagita, «esse omnium est superessentialis diuinitas».

XI. *Et uita erat lux hominum.* Dei filium quem, o beate theologe, prius uocasti uerbum, nunc uitam nominas et lucem. Nec inmerito mutasti appellationes, ut distantes nobis insinuares significationes. Verbum siquidem dei filium nominasti, quia 5 per ipsum locutus est pater omnia: «Quoniam ipse dixit et facta sunt»; lucem uero et

красное и неисчислимое многообразие 289А форм. Взгляни внутренними глазами [на то] как многочисленные принципы в мастерстве Мастера объединены и в духе располагающего их живы³⁷, каким образом бесконечное число линий сходится воедино в одной точке³⁸, и изучи подобного рода естественные примеры. А от них, словно бы поднятый надо всем крылами естественного умозрения³⁹, Божией милостью поддержанный, просвещенный, ты сможешь разузнать пронизательным 289В умом тайны Слова, и увидишь, насколько дано ищущим Бога своего с помощью человеческих умозаключений, каким образом все, что посредством Слова произошло, в Нем живо и суть жизнь! "Ибо Им", — как глаголют божественные уста, — "мы живем и движемся, и существуем" (*Деян 17,28*)⁴⁰. И как говорит великий Дионисий Ареопагит, "бытие всего есть превышающее бытие Божество"⁴¹.

XI. *И жизнь была свет человеков* (*Ин 1,4*). Сына Божьего, которого ты, о блаженный богослов, прежде называл Словом, теперь именуешь жизнью и светом. И именование ты изменил не напрасно, но чтобы представить нам разные значения. Ведь оттого назвал ты Сына Божьего Словом, что все посредством Него изрек Отец: "ибо Он сказал — и сделалось"^а; Светом же и Жизнью — ибо Сын

^а *Пс 32,9*

uitam, quoniam idem filius lux est et uita
omnium quae per ipsum facta sunt. Et quid
289C illuminat? Non aliud nisi seipsum et pat-
rem suum. Lux itaque est et seipsum illu-
10 minat, seipsum mundo declarat, seipsum
ignorantibus se manifestat.

Lux diuinae cognitionis de mundo re-
cessit, dum homo deum deseruit. Dupliciter
ergo lux aeterna seipsam mundo declarat,
per scripturam uidelicet et creaturam. Non
enim aliter in nobis diuina cognitio reno-
uatur, nisi per diuinae scripturae apices et
15 creaturae species. Eloquia disce diuina, et
in animo tuo eorum concipe intellectum, in
quo cognosces uerbum. Sensu corporeo for-
mas ac pulchritudines rerum perspice sen-
sibilem, et in eis intelliges dei uerbum. Et
in his omnibus nichil aliud tibi ueritas de-
20 clarabit praeter ipsum qui fecit omnia, ex-
tra quem nichil contemplaturus es, quia ip-
289D se est omnia. In omnibus enim quae sunt,
quicquid est, ipse est. Vt enim nullum bo-
num substantiale, ita nulla essentia praeter
ipsum est uel substantia.

Et uita erat lux hominum. Quare addidit
'lux hominum' quasi specialiter ac proprie
25 lux sit hominum, qui est lux angelorum, lux
uniuersitatis conditae, lux totius uisibilis et
inuisibilis existentiae? An forte uerbum ui-
uificans omnia specialiter ac proprie lux
hominum dicitur, quia in homine, non so-

тот есть Свет и Жизнь всего, что посред- 289B
ством Него возникло. Что он освещает?
Ничто иное как себя самого и своего От- 289C
ца. Итак, Он есть свет и себя самого ос-
вещает, себя самого миру являет, себя
самого незнающим открывает.

Свет божественного знания отделился
от мира, когда человек отступил от Бога.
И вот, двояко являет себя вечный Свет
миру, а именно: через Писание и творе-
ние. Ибо божественное знание восста-
навливается в нас не иначе, как через
знаки божественного Писания и облики
тварного. Изучай божественную речь и
вбери в ум свой ее смысл, в котором по-
знаешь Слово. Восприми телесным чув-
ством формы и красоту чувственных ве-
щей и в них ты постигнешь Бога Слово.
И не явит тебе истина во всех них ниче-
го, кроме Него, создавшего все, вне Ко-
торого ничего не суждено тебе созерцать,
ибо Он есть все. Ведь во всем, что есть, 289D
чем бы оно ни было, Он есть⁴². И как
нет помимо Него никакого самосущего
блага, так нет никакой сущности или
субстанции.

И жизнь была свет человеков (Ин 1,4).
Отчего, прибавил он, — "свет челове-
ков", как если бы свет был только и осо-
бенно у людей: тот, который есть свет ан-
гелов, свет сотворенной вселенной, свет
всех видимых и невидимых? Или, воз-
можно, говорят, что Слово, все животво-
рящее, только и особенно — свет людей,
оттого, что в человеке Оно явило себя не

lum hominibus, uerum etiam angelis omni-
30 que creaturae diuinae cognitionis particeps
fieri ualentem seipsum declarauit? Non enim
per angelum angelis, neque per angelum
hominibus, sed per hominem et hominibus
290A et angelis, non in phantasia, sed in ipsa
uera humanitate, quam totam sibi in uni-
tatem substantiae suscepit, apparuit, su-
35 amque cognitionem omnibus cognoscenti-
bus se praestitit. Lux itaque hominum est
dominus noster Ihesus christus, qui in hu-
mana natura omni rationali et intellectuali
creaturae seipsum manifestauit, suaeque
diuinitatis, qua patri aequalis est, abdita
reserauit misteria.

XII. *Et lux in tenebris lucet.* Audi apos-
tolum: «Fuiſtis, inquit, aliquando tenebrae,
nunc autem lux in domino». Audi Ysaïam:
«Sedentibus in regione umbrae mortis lux
orta est eis». Lux in tenebris lucet. Totum
genus humanum merito originalis pecca-
5 ti in tenebris erat, non exteriorum oculo-
rum quibus sensibilibus formae coloresque
sentiantur, sed interiorum quibus intelli-
gibilium species et pulchritudines discernun-
290B tur; non in tenebris huius caliginosi aeris,
sed in tenebris ignorantiae ueritatis; non
10 in absentia lucis quae mundum corporeum
declarat, sed in absentia lucis quae mun-
dum incorporeum illuminat. Post cuius or-

только людям, но еще и ангелам и всей 289D
твари, могущей стать причастной божест-
венному знанию? Ведь не через ангела
— ангелам, и не через ангела — людям,
но через человека — и людям и ангелам
[Бог Слово] явил себя, не в видении⁴³, 290A
но в самой подлинной человеческой при-
роде, которую Он целиком воспринял в
единство своей субстанции⁴⁴, и всем Его
познающим свое знание предоставил.
Вот отчего является светом человек
Господь наш Иисус Христос, который
явил Себя в человеческой природе вся-
кой рассуждающей и понимающей тва-
ри⁴⁵, и открыл сокровенные тайны своей
божественности, которая равна [божест-
венности] Отца.

XII. *И свет во тьме светит (Ин 1,5).*
Внемли апостолу: "Вы были", — говорит
он, — "некогда тьма, а теперь — свет в
Господе" (Еф 5,8). Внемли Исаяе: "на
сидящих в стране сени смертной свет
воссияет" (Ис 9,2). Свет во тьме светит.
Весь род людской из-за первородного
греха пребывал во тьме, не [во тьме для]
внешних очей, которыми ощущаются
формы и цвета чувственного, но очей
внутренних, которыми различаются виды
и красота умопостигаемого; не во тьме 290B
здешнего мглистого воздуха, но во тьме
неведения истины; не в отсутствии света,
который делает видимым мир телесного,
но в отсутствии света, который озаряет
мир бестелесного. После рождения Его

tum ex uirgine lux in tenebris lucet, in cordibus uidelicet se cognoscentium.

Quoniam uero totum genus humanum
15 in duas ueluti partes diuiditur, in eos uidelicet quorum corda cognitione ueritatis illuminata sunt, et in eos qui adhuc in obscurissimis impietatis atque perfidiae tenebris permanent, euangelista subiunxit: *Et tenebrae eam non comprehenderunt. Ac si euidenter diceret: Lux in tenebris fidelium animarum lucet, et magis ac magis lucet, a fide inchoans, ad speciem tendens; impiorum uero cordium perfidia et ignorantia lucem uerbi dei in carne fulgentis non comprehenderunt: «Obscuratum est enim», ut ait apostolus, «insipiens cor eorum, et sapientes se esse dicentes stulti facti sunt». Sed iste sensus moralis.*

XIII. Phisica uero horum uerborum theoria talis est. Humana natura, etsi non peccaret, suis propriis uiribus lucere non posset; non enim naturaliter lux est, sed particeps lucis. Capax siquidem sapientiae est, non ipsa sapientia cuius participatione
5 sapiens fieri potest. Sicut ergo aer iste per semetipsum non lucet sed tenebrarum uocabulo nuncupatur, capax tamen solaris luminis est, ita nostra natura, dum per se ipsam consideratur, quaedam tenebrosa substantia est, capax ac particeps lucis sa-

от Девы, Свет во тьме светит, а именно, 290В в сердцах познающих Его.

А так как весь род людской словно делится на две части, то есть: на тех, чьи сердца озарены знанием истины, и на тех, кто пребывает во все еще непроглядной тьме неверия и вероломства⁴⁶, евангелист добавил: *и тьма не объяла его (Ин 1,5)*⁴⁷. Как если бы ясно говорил: "Свет во тьме верных душ светит, и светит все ярче и ярче, начинаясь от веры, становясь зримым⁴⁸, вероломство же и неверие неверующих сердец не объяли Слова Божия, блистающего во плоти". 290С "И омрачилось", — как говорит апостол, — "несмысленное их сердце, и считающие себя мудрыми сделались глупы" (*Рим 1,21-22*). Но это — нравственный смысл.

XIII. А естественное умозрение этих слов таково⁴⁹. Природа человеческая, даже если бы не грешила, своими собственными силами светить не может. Ведь она по природе не есть свет, но лишь причастна свету⁵⁰, способна к восприятию мудрости, но не есть сама мудрость, приобщением к которой может стать мудрой. Следовательно, как этот воздух сам по себе не светит, но нарекается именем тьмы, и лишь способен к восприятию солнечного света, так наша природа, рассматриваемая сама по себе, есть некая темная субстанция, способная к восприятию и причастная свету мудрос-

pietiae. Et quemadmodum praefatus aer,
10 dum solares radios participat, non dicitur
290D per se lucere, sed solis splendor dicitur in
eo apparere ita ut et naturalem suam ob-
scuritatem non perdat et lucem superueni-
entem in se recipiat, ita rationabilis nos-
trae naturae pars, dum praesentiam dei
uerbi possidet, non per se res intelligibiles
15 et deum suum, sed per insitum sibi diuinum
lumen cognoscit. Audi ipsum uerbum:
«Non uos, inquit, estis qui loquimini, sed
spiritus patris uestri qui loquitur in uobis».
Hac una sententia uoluit nos docere id ip-
sum in caeteris intelligere, ac semper in
aure cordis nostri ineffabili modo sonare:
20 Non uos estis qui lucetis, sed spiritus pat-
ris uestri qui lucet in uobis, hoc est, me in
291A uobis lucere uobis manifestat, quia ego sum
lux intelligibilis mundi, hoc est, rationalis
et intellectualis naturae; non uos estis qui
intelligitis me, sed ego ipse in uobis per
25 spiritum meum meipsum intelligo, quia uos
non estis substantialis lux, sed participatio
per se subsistentis luminis.
Lux itaque in tenebris lucet, quia dei
uerbum, uita et lux hominum, in nostra
natura quae, per se inuestigata et conside-
